et dispositis ad tm/ ad que uiaptas adducat/ et ideo dz nequa i mfioi
et qua in sup̄ior/ et. b. t. qz dicat/ pcus seu gra mois ubi po incipt
ubi po diu/ nolle/ nolle/ nolle aut i hoc bo dicu/ spletu/ qz i actibz
qm deliberatis sentiat/ et agnoscat uenu/ peccatu tm/ p impiu concludit tm alius
incipletu/ qz i illis q no d impio no d deliberate sed d summe pcte pcedu
sed tm nolle cū impedire potest/ vel cauz no impedire/ ubi qz incipit
pcus sed leue/ et hec spāalitas nob peccatis ep qz sit/ tm i nob sepati
alig quet oz obedie uenu/ ep illi q in statu d no quet/ nec de pcus
est in nolle nt in esse/ sed ut in ea/ vel ens op ea ipio pcat/ qd ens no pcat
sed tm intelligit. nisi ep tplex est in hoc appetit/ re tplicit sumit
mat/ quida de malis/ que no est gut ymaginacē sed qlitatiu malū
dispar/ quibz malis uicis/ sinab qrent actacis et sty cadut nec pcus
q̄ in illo subsist dum delinqt/ et ab aliquib sty mat recedat spūs
pm debitu est appetit scripti/ et qrqut ymaginatoz/ nil op consu
pdit/ qm dicit mat spūalit/ et dz mat ce pmo in q̄ uz pcus
cadz d substancia/ sed tm not. bn. q̄ uicis supiois vigilant inferiores
to cta malis opacis q̄ntqt pcus/ qnt ad eas petēs supiorib qrunt
operat de vte qualia q̄ ad maiorat pmis et amistra/ et corpis
formatoz. absqz malis d/ nec i illis pcus d/ sed appetit delectabis vel
apt delectat in captu q cadz malia qt pcta sunt/ qz ad ea spāalitas
et quib vo qrunt/ sty d appetit uenalis qm sequit applicatoz uolu et
est duplex/ qz quid vo statim et sine discussione applicat no diudicat
quid sit vob q dz no deliberata/ et d no alia que sit id cui vo cui di
scussio diudicat/ et vob sty deliberata illud accipitat q bn. p

Repeticio summa pstringens

Itaq ut breuiter summam pstringam quando
peccatum ita in aia concipitur ut illud facere di
sponat vel etiam pficiat aliud frequenter
aliud semel vel etiam cum delectacione
cogitacionis diu tenetur mortale est. Cum vero
in sensuali motu tantum est ut prediximus tunc
leuissimum est quia ratio tunc non delectatur
Ideo autem dixi supra aliud frequenter
aliud semel quia quedam sunt que si tantum
semel fiant vel facienda disponantur dampnant
quedam vero non nisi sepius fiant
vel facienda discernantur ut de ocioso verbo
et huiusmodi. Hoc autem Augustinus in xij li.
de trinitate tradit ita. Sicut in illo coniugio
primorum hominum serpens manducandum persuasit
mulier autem non sola manducauit sed
viro suo dedit simul que manducauerunt ita
et in quodam secreto coniugio quod in homine

uno geritur et dinoscitur cum ratione scientie
que in rebus temporalibus agendis ratiocinandi
vivacitate versatur animalis sensus inge
rit quandam illecebram tunc velut serpens
alloquitur feminam huic autem illecebre
consentire de ligno vetito est edere sed
iste consensus si sola cogitationis de-
lectatione contentus est superioris vero aucto-
ritate ita retinentur membra ut non
exhibeantur arma iniquitatis peccato sic ha
bendum estimo velut lignum vetitum mulier
sola comederit si autem in consensu illo
ita decernitur quodque peccatum ut si potestas sit eci-
am opere impleatur intelligenda est mulier
dedisse viro suo simul quoque edendum illicitum
cibum neque enim potest peccatum non solum
cogitandum suaviter verecundiam perpetrandum
efficaciter mente decerni nisi et illa mentis
intentio penes quam summa potestas est membra

in opus mouendi, uel ab ope cohibendi, ma
le actioni cedat, nec sanie cum sola cogitacione
mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse
facienda, tenens tamen et volens libenter,
quod statim ut attigerunt animum, respui de
buerunt, negandum est esse peccatum, sed longe
minus quam si ope statuatur implendum. Et ideo
de talibus quoque cogitacionibus venia petenda
est, pectus quoque percutiendum, et dicendum dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimittimus, neque
enim sicut in illis duobus primis hominibus
ubi personam suam quisque portabat, Et ideo
si sola mulier cibum edisset illicitum, sola
utique mortis supplicio plecteretur, ita potest
dici in homine uno, si delectacionibus illi
citis a quibus se continuo deberet auertere,
cogitacio libenter sola pascatur, nec fa
cienda decernantur mala, sed tantum suauiter
in recordacione teneantur, quasi mulierem sine viro

posse dampnari. Absit hoc credere. Hic quippe vna
persona est. Vnus homo est. Totus quoque dampna-
bitur. Nisi hec que sine voluntate operandi. Sed tamen cum
voluntate animi talibus oblectandi. Solius cogita-
cionis esse sentiuntur peccata. Per mediatoris gratiam
remittantur. Idem quoque in 2o li. contra
Manicheos de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit. Secundum
principem potestatis aeris. Huius spiritus qui nunc
operatur in filiis diffidencie. Nunquid ergo
visibiliter eis apparet. Aut quasi corporeis locis
accedit ad eos et operatur. Sed miris modis
per cogitaciones suggerit. Quicquid potest. Quibus
suggestionibus resistendum est. Non enim ignoramus
astucias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam.
quando ei persuasit ut dominum traderet. Nunquid
in locis aut per hos oculos ei visus est.
Sed utique ut dictum est in cor eius intra-
uit. Repellit autem illum homo si paradisum
mentis custodiat. Posuit enim hominem

deus in paradyso ut operaretur et custodiret. Quia
sic ecclesie dicitur in Canticis canticorum. Ortus con-
clusus fons signatus quo utique non admit-
titur perversitatis ille persuasor sed tamen per mulierem
decepit. Non enim ratio nostra deduci ad con-
sensionem peccati potest nisi cum delectatio mota fu-
erit in illa parte animi que debet obtemperare
rationi tamquam rectori suo vel viro. Etiam in
unoquoque nostrum nichil aliud agitur nec cum ad
peccatum quisque delabitur quam tunc actum est in illis
tribus serpente muliere et viro. Nam primo fit
suggestio sive per cogitationem sive per
sensus corporis vel videndo vel tangendo
vel audiendo vel gustando vel olfaciendo
que suggestio cum facta fuerit si cupidi-
tas nostra non moveatur ad peccandum ex-
cluditur serpentis astucia. Si autem
mota fuerit quasi iam mulieri persuasum
erit sed aliquando ratio viriliter etiam

comotam cupiditatem refrenat atque compescat quod
cum fit non labimur in peccatum sed cum aliquanta
luctacione coronamur. Si autem ratio consenciat
et quod libido commouit faciendum esse decernat
ab omni vita beata tamquam de paradiso expellitur
homo. Iam enim peccatum imputatur, eciam si non
subsequatur factum quando rea tenetur in con
sensione conscientia.

In ista parte magister ostendit causam huius disgressionis et vult quod ideo dictis suis principalibus interseruit tractatum de partibus anime ut plenius cognosceretur eius natura et ut sciretur in qua porcione anime sit liberum arbitrium quia est in racione in qua consistit omne peccatum mortale sed non omne veniale quia aliquod veniale consistit in sola sensualitate. Quare hec de anime partibus dixerit

Hec de anime partibus interseruimus ut
ipsius anime natura plenius cognosceretur et secundum
quam sui porcionem in ea sit liberum arbi-
trium intelligatur scilicet secundum racionem quia omne
mortale peccatum geritur sed non omne
veniale illud scilicet quod in solo mo-
tu sensualitatis existit.

Tamen octauum in quo distinguit de sensualitate et vult quod quandoque sensualitas capitur pro illa parte hominis in qua communicamus cum bestiis quandoque pro inferiori parte racionis vel ex pluribus dictis sanctorum qui terminis sic utuntur. Notandum b. v. dicit quod apostolus diuidit hominem in exteriorem et in interiorem de 2. corinthiorum 4. et si is qui exterior est noster homo corrumpitur is tamen qui interior est de die in diem renouatur exterior homo non est corpus sed corpus cum

verbꝫ aiẽ / ꝙ quas ꝯ ipse exp̃alibꝫ intendẽ / sed melior est rationalis spūs vt ꝙ
da celestia et spualia se occupat / Hec ꝙ pōr ꝓbat et mitiores simul scripte
intellexit simul posse ꝓfici aie / et resultat vbi quedaꝫ stab mfiora sequi regimina
que dr li. etc. m qua ꝙsitꝰ multꝰ et denudꝰ / laus et cotrarium / et qr et mfiores
prod / mfiores porci multꝰ trahit supioꝝ / vta ꝙ ꝯ ꝙsitꝰ mmodꝫ nuspiabꝫ
et plꝰ sit illis / ideo in scꝑtura nois sensualis quaꝫ causet ꝙ minꝰ sui
quibꝫ ad spualia Et sensualitas sepe in scꝑtura aliter qm̃ sup̃ acceptꝰ sꝫ ut
inferior vbi porci cum nomine intelligat

Non est autē silencio ptimittendꝰ / ꝙ sepe
hic nomine sue scripture no carnis nec biblie
sed dicta sancte ecclesie significat
in scꝑtura nomine sensualitatis. no id solū
in alia / quod est nobile / nec cū peccō. sed
dic etaz cum inferior ita ꝙ impiditꝰ et lubricꝰ
intelligi / auctꝰ
augst sup̃
etaz mfiōr pars rōnis / que tpaliū dispoī-
ꝯ et ita et ꝙ ibi sup̃ sensualitate ꝯ aut inferior porci ideꝫ / illi q ad corpꝰ
ōm intendit. intelligit / quod diligens
pticit intendit /
sed dup̃ / qm ita
inferior sic rationi
sic rebꝰ / sed sensuali
sic rebꝰ nec ꝙsi /
lector in locis scripture vbi de ipa sit mē
spūali
cio vigilanter annotet: /

Utrum tam in sensualitate ꝙ in rōne possit esse peccatū

dr ꝙ nō / sensualitas nullꝰ pt esse peccꝫ go ꝙ sta gl tz et arist qm
sensualitas sic quidaꝫ cū bestijs / in bestijs nullꝰ pt esse peccꝫ go q ꝙ ydr sic
omne peccꝫ. d voluntariū et sub imperio voluntatis sed motꝰ sensualitatis non pt
sub imperio ratiōis go q nō est et arg ꝙ p 2a pte simili / Sed ꝙ 2a pte patet
ad oppositum qr scribit ysay amouete motꝰ sensualitatis / sed nō pt qr nō
obedit pbo dr cassꝫ loquit aplus ad ro viij de lege carnis / q legi dei sub
iecta nō d nec ei ꝙsi / go etc. m rōne nō pt esse peccꝫ go q tz d pz qr
assentire ad malū go vidr ꝙ peccare nō possit / et est arist ita optia quibꝫ
inpte mfiōr esse peccꝫ nec in superiori nō pt / qr nil mouet vel trahit
nō pt / qr solus illis d nisi a deo cui d quis ad deū sed rō ei solus
offertꝰ suppliciꝫ d quibꝰ ad deū go ei tres casꝫ solidꝫ pt peccare mor-
taliꝫ et ꝙ cōs fundantis argui / q nō possit peccare venialiꝫ qr nullꝰ
pt esse venialis nisi in eo possit esse mortalis / sed q casꝫ ei pterꝫ supplicꝫ
in rōne nō possit esse peccꝫ hoc etc. qr sic tuc vi / q nō possit peccare ad
mortalē quod esset minus grauc et ita vidr patꝫ qr nō vi / q possit
peccare venialiꝫ qr dr augꝰ et allegat / vltra quis inferiora pt male affici

allegabit tunc est petit mozle q̄ est affirmat̄ vsque ad. apud Sapros pte vat
respondet regula vtrūq; testi regni m and et ad illa regula declinata dem
dum tota and plena aut declinata no stat sine pred nostri q̄ stud no
dets magr apte in lra ou̇ quo sibi ppositu et nobis petit quitte sic ipis
publ; ita q̄ ssualitas habet vsque Specus, inferior pte vsque natez et
Superior vsque virg et ad quit ouit grat ad petit q̄ mand q̄ in ppto seu
ssualitas nolat appetitu scripti cui ad ssplis est p petit no applicat ad
quod quidem mandat vdims et ideo de celo ad ppetuu temporalis q̄ no
q̄ vo dicat pdis dissensus a pcipijs ad q̄ clouis sin ecclesiastici sine pcipijs
et ad pdā tra ecclesiastici q̄ in pticl sue dupla tenet q̄ habet ad est natiuitat
aut ecclesiastici q̄ tenet ad q̄ ad q̄ ecclesiastici ut nullius sanctis nil tenet
est reddendi ad sine ad q̄ alia vo sunt pdā p predictos libra male debet ad
celebrand aut in ecclesiis q̄ deo ad tenet et virg in pticl q̄ matrim ad
cepit sanctis pdis nullis quod fuit a pcipijs q̄ nichil cognitis pedit ad q̄
ad vo cui insidie ptes et fuit pedit a pcipijs p predictos sibi ad sanctis
celebrand ad vo cui Superios ptes et ad vo tenet dignad et Superad fuit ad
libra p nichil q̄ nisi q̄ petit ducatus mortis ad q̄ quidam vnus fuit ad vos respe
tale sibi petit ad vos vicit ad mordicatus alicui pdis no actis sibi debit
ted pred. etna mente pure et pure petale vo ad cui se no mittat etiam
pure ad mitig q̄ tunc est pdā q̄ ista dispdo petit pdis fuit vt de fine ad
respe nullus petit in mozle sine remake est in ssualite sine ad et in
separalite cui ad q̄ pdā pte q̄ p̄ ad q̄ est pdā metus ssualit ad vos sed tenet no
sibi in platea voluit ad tenet fuit fieri simpl̄ violencie et no cui petit
petit et pdis ssualit cui pte/ad in talibus habeat affirmatis ad ssualite
Septus ad ste cui tenet imputatur petit ad est pdā ad q̄ q̄ vo no pacificet
repudio sicut debet et ad petit pte accipiendo est solid in vac ad
Oedd q̄ ratio petit ad fuit habet vos vicis in ssualite ad et petit ad ita
est derelicta actis debita ad pdis Superis nisi male instituens ad q̄
ad q̄ ad pte cui pdis no et cui pt ad debet in toto subiti nam et aq in
cuius indicat applicat et ad no sicut sed sepe et sicut fuit ad q̄ q̄
in infra pte tenus pt esse petit mozle absq; hoc q̄ pdis Superior tenu
tenuit ibia pt q̄ vo fuit pdā tra insidia pdis mordicate ut cui petit
mozle, appetit sua et debuit in eam debuit in vita ceps et d̄ illis
absq; hoc q̄ tota ad et plene arrestat sine ad aliqui et aliqui satis
magr redarguende pdis Superios ad q̄ q̄ in pte infra pdis tenus ad aliq
esse petit absq; ssualite pt ad q̄ lis et pdis tenualibus tractat sedet a
separalite ita q̄ ad illis cognitade et dicendo sol nisi nil vno pacet
inf tractat petit a ssualite tamq; nulli a Superiori et ssualibus q̄
ssualis suggere no pt pt esse petit sine ssualite q̄ ad in pte ibi
tenus no pt esse petit mozle sine Superios ad q̄ petit mozle et
total a deo ausio debat no mouet pdis pdis mente eterna
fuit dett est in ad no sed illis ausio no est inf etiam Superior pdis

dep̃ue^{t} et a deo aut^{a} go / vnde aduertend^{m} q^{d} vn^{s} pr̃o est talis p̃gressꝰ q^{d} p^{s}
detestabile offert^{a} 2° delectacio aduit^{a} / 3° vo̅ m̃ hoc q^{d} delectꝰ tractꝰ ẽsse
titut vel dissonti^{a} / delect^{e} affire est sensualitat^{e} ~~ẽsse sensualitate~~ / delectabile
prope et finaliter est mfiõe patris / affire vo̅ q^{d} hoc sit finaliꝰ appetibꝫ nec dissim̃
rsponsio est suprioꝝ partiꝫ / stringit go q^{d} delectatio ad appetitꝫ delectabilis /
se potest ꝙ vernalis sim̃ mfiõis patris / straheudo primꝫ q^{d} sensualit^{e} / stringit
tiꝫ pcta delectat ꝙ appetitꝰ delectꝫ et ãsus / delectabile / absqꝫ hꝫ pcto esse / aduertend^{m}
et hoc est gratiꝫ hꝫ patet et hoc etiã est mfiõis patris / hꝫ no tollꝫ sm̃e
suprioꝝ / stringit vo̅ q^{d} delectat ꝙ appetitꝰ delectabꝫ et ãsus / cu pleno
assẽsu / et hoc absqꝫ dubio est mortale studio vo̅ est cum pleno assẽsu / difficile
est iudicare de pcto an sit mortale vel vernale / q^{t} hꝫ pr̃ qst q. iiij pupp^{a}
delectatio / vel status / repellit^{r} ꝛc solu^{m} a vernale / vel no repellit^{r} sed tenet / et
hoc q^{d} esse hꝫ / q. nich plang q^{d} delectat / et ꝙ qst quatio / sta q^{d} a voluntate
a delectat^{e} ꝛ q^{d} facultas / mortale est / q. plenꝫ assẽsu est / vel q. plang de
lectato sed no plang ꝙ / sta hꝫ solu^{m} ꝙ adh̃ fingit / magnꝫ admir^{o} a
delectat / et go hꝫ quo ad hoc no sit omo plenꝫ assẽsꝰ nec m̃ hꝫ patet hꝫ mor-
tale / vel q. vtrꝫ displicet tam delectat hꝫ ꝙ quatio / tunc nil aduertit
pcto nil no aduertit ꝛ no aduertit pcto / patet admitto vernali / quia
pcto subtrahit / vel aduertit pcto / et delectat no removet / sed nutrit adhuc
a ea delectat et ꝙd similit / et tunc aliq̃ dicit q. pcto mortale / aliq̃ q. no /
sed hꝫ m̃ hoc tamen est q. d. hoc permittit fieri d mortale ~~esse~~ esse hꝫ
pt pmanꝫ q. m̃ vnde tam ex pcto suprioꝝ q. mfiõis / pt esse pcto 6
mortale / et tam vernale / patet ad pmum pte sat^{m} q. dicit pro dilo quo
pro effecto est admitto vernale pcto / ad pmum pte sat^{m} q. dicit pro dilo quo
ad pcto nacto et ex causa in rationib^{s} tam pmissis vbi vo no aduertit pcto
ad pcto nacto et ex causa patet / et q. hoc sat^{m} dicit solu^{m} vnctꝫ
sensualit^{e} et q. hoc no est hꝫ aduertit q. plenꝫ assẽsꝰ pcto mortali / q. hoc
a deo vel no est hꝫ id est d. fomite dom̃e vo̅ hꝫ tunc imputat^{r} ꝙ pcto
appetus boni / hꝫ pluralit hꝫ est extra / ad qd̃ patet hꝫ ꝙ vltra q. locutꝰ q. hoc
d. hoc dep̃ndit ꝛc hꝫ q.

Distinct^{o}. xxxv. Hui^{9} mgri determinant d libo arbitrio ꝙ appetꝫ ad suas po-
tentias / hic determinat de li ar. q. ad ꝙ vnctꝫ sm̃ vel pt hui^{9} det^{o} libertate
mat de pcto libi arbitrij / hic agit de eius libert^{e} / et ꝙo agit d actꝫ pcto
q. gratia / ꝛo d. pcto libtat^{e} m̃ gratia / ubi est nota / et dnm̃ ista distinct^{o} liberum
m̃ ꝙo cata / m̃ primo arto vult distinctꝫ hui^{9} distinctionis ꝙpria pertꝫ pot-
tatiꝫ libi arbitrij / et vult actꝫ libtat^{e} arbitrij e libtat^{e} d. voluntate indicat
hic q. hui^{9} distinct^{o} dic. a port / hic illa ondit / ad q. finꝫ est libtat^{e} ar-
bitrij / et m̃ eq̃bꝫ potentiꝫ alie pt / ista ot et eqpt causa ꝙ hꝫ d voluntate

+ + notat

/ quia voluntas est fons et origo totius libertatis / Et potest flecti li. ar. ad hoc et ad illud / Item nota quod hec diffinitio intelligitur ut proprie potest esse quando omni libero arbitrio / explanatio tamen magistri contrahit eam tamen ad humanum / Et hoc secundum statum vie / unde magister vel hanc explanationem corrigere infra ca° 3° Et potest notari / Item quod dicit b. v. sola facultas voluntatis / magis proprie dicitur li. ar. quam iudicium / Nam iudicium importat actum rationis / regulatum secundum rationes veritatis sive legis superne / unde ille iudex dicitur cuius est causa determinare secundum leges / Arbitrium vero importat actum rationis regulatum secundum imperium voluntatis / unde et ille arbiter dicitur qui ad proprium nutum voluntatis causam habet terminare / Ex quo patet / quod non sine causa voluntatis facultas dicitur hiis duobus nominibus / quia ipsa est duarum potentiarum / ita quod ratio habet se in ratione materialis / et de cernere ad nutum voluntatis habet se in ratione formalis Redit ad liberi arbitrii considerationem etc.

Quare liberum arbitrium potius vocatur sic quam dicatur liberum iudicium Nota de bove

Et quia liberum arbitrium quantum est de se determinare habet de agendis mixta voluntatis nutum / magis quam mixta iuris preceptum hinc est quod magis proprius nominatur per nomen arbitrii / quam per nomen iudicii /

Iam vero ad propositum redeamus scilicet ad liberi arbitrii tractatum. Quod philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium quia potestas ipsa et habilitas voluntatis et rationis quam supra diximus liberum arbitrium libera est ad utrumlibet / quia libere potest moveri ad hoc vel ad illud / liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem quia voluntarie moveri et spontaneo appetitu fieri potest ad ea que mala vel bona iudicat vel iudicare valet

Secunda pars capituli in qua ostendit quorum sit li. ar. / Et vult arg. li. ar. non est presentium nec preteritorum / sed tantum futurorum / ita quod libertas arbitrii non extenditur ad preterita et presentia / sed tantum ad futura / nec tamen ad omnia futura sed solum ad contingentia / que sunt in nostra potestate / de presentibus tamen specialiter magister declarat dictum suum / quia ista sunt iam determinata / et non sunt

m nrā ptāte ep aliter ſint/ cȝ mīe ſint/ vel ep nō ſint ptā/ nō ep m ptāte libē arbitrȝ nō ſint mālia nrā/ ut ozāt poliꝰ/ nec omnia ꝙmgerā ut allēdo lim/ nec voluntas vnīj voluntat nr̄ā/ altiuꝰ/ et una illa q ſubd̄ant tue voluntati et tibi ſint volūta/ nō ꝓt'ea mop ſit m nr̄a altiq ſtem nō. b. v. de li. ar. ſloq ghr vnus tm ep eſt libēp ſr̄ pt eſſe nr̄ā nr̄ij/ nō ꝙtinguntꝰ/ nō nr̄ij cōactāꝰ/ ſed nr̄ij tm̄ cōitabilitꝰ/ ſic ꝙtat de deo de xp̄o eſſe nr̄ā/ de ang̃lis beatis/ libēp em̄ arbitriū nō ideo dict libēp q̄r tū ſ̄ vult/ pt velle/ cum oppꝰ/ ſed q̄r omne q̄d vult/ appetit ad finē ꝙd impm̄/ q̄r ſic ut aliq̄d q̄d vult ſc illud velle/ ſic ep m actu velendi ſcripſi/ monet et ſibi dnāt/ vnde licet ſit nr̄ā deū velle ſc eſſe bonū/ et mſtō et bīj/ ſmulꝰ de beatꝰ/ et īmutabiliꝰ ordinēt ad d̄/ cȝ libē ſint/ alio libēp & li ar. tm̄ ep q̄d ꝙt arbitrāmur nō ſ̄ fiat vel nō fiat/ ſ̄ actꝰ cuius d̄ quo dubāt eſt ꝙtingēs/ q̄r nullꝰ dubāt de nec̄ et de impoſſ nec/ ꝙnus d̄ ea q̄d dubāt ſit nr̄ij/ ſicut bīj/ cȝ ſ̄ dubitandis actus eſt ꝙtingēs ex libero arbitrium non potest nisi ad futuꝝ nec ad omne futuꝝ

Hoc aut̄ ſciendū eſt q̄m̄ libēp arbitriū
ad pnīa/ vel ad ptiū non refertur/ ſed
ad futura contingentia/ quod em̄ m
pnīa eſt/ determinatū eſt/ nec m ptate/
nrā eſt vt tut ſit/ vel non ſit/ qm̄ ē/
pt em̄ nō eſſe vel aliud ee ꝓpea/ ſed
nō pt non eſſe/ dum eſt/ vel aliud ee/
dū id eſt/ quod eſt/ ſed m futuro an
hoc ſit vel illud/ ad ptātē libi arbitrij
ſpectat/ nec tamē omnia futura. ſ̄
ptāte liberi arbitrij veniūt/ ſed ea tm̄/
que per liberū arbitriū pnt fieri vel nō

fieri. Si quis enim tale quid velit et disponat
facere, quod in eius nullatenus sit potestate, vel
quod sine illius dispositione eque fieret, in hoc
ipse liberum non habet arbitrium.

Ca. 2m in quo obicit contra descriptionem liberi arbitrii supra positam. Quia si descriptio dicta esset bona, tunc sequeretur quod nec in deo, nec in angelis nec in aliis confirmatis esset liberum arbitrium, quia voluntas ipsorum non est mutabilis ad bonum et ad malum. Falsitas consequentis probatur, quia in deo est liberum arbitrium ut dicunt Augustinus et Ambrosius. Et supposita descriptio liberi arbitrii non convenit deo nec hiis qui glorificati sunt.

c. 2

Et quidem secundum predictam assignationem
in hiis tantum videtur esse liberum arbitrium qui
voluntatem mutare, et in contraria possunt defle-
ctere. In quorum videlicet potestate est eligere bonum
vel malum, et utrumlibet secundum electionem
facere vel dimittere, secundum quod nec in deo nec
in hiis hominibus qui tanta beatitudinis sunt
gratia roborati, ut iam peccare nequeant,
liberum arbitrium esse nequit. Et in deo sit liberum arbitrium

Sed quod deus liberum arbitrium habeat
Augustinus docet in li. xxv° de civitate dei ita

mesens · Certe deus ipe nuq̃ ꝓtrā no
pt ideo libm arbitiū habe negandȳ ꝫ ām̃ō
quoq; m. li. d. t. ait. paulus dicat cuncta
omnia operat vnus atq; id spūs diuisim
sicut put vult. i pro libe voluntat arbitrio no
p nēcitatis obsequio
q tm̃ ꝓficiat dom̃ supiq de li. ar. dei. Et vult ista q̃ q̃dlr̃ libiū arbitriū
m creatōe ēē m̃ natura / pz / quia libiū dei est eq̃ sapientissa et omnpⁿ
voluntis / que no fiunt aliq̃ ex nēcitate / sed ordinabe put vult. Q; i natuīs
ronalibq; ita est / q̃ ille put flectu m̃ bonū et malū / et ipe declat
aute bū ꝓm̃. q̃ nemo est q̃ bt. et pe. d. t. ea q̃ dns d. creatōe / et d. creatus
ip omnino fuit m̃ natōe / dom̃ pe q̃dem ante ꝓpter. d. t. ea q̃ dns d. creatōe / et d. creatus
atus / nō / m̃ no tracta / sz ipm̃ ante / ita q̃ ꝓ no ante deū ꝓpter ꝑca aīe /
Cur alia est vo libe arbitriū nēcitati et alia creati / Nam li. ar. m̃ deo dicit idem / q̃
m̃ ꝑpō est ꝓtās velendi et eligendi q̃ntūq; vult / ita q̃ cogi vel cōpelli no ꝑt /
Et tm̃ ipe libiū arbitriū creatū habet / tm̃ vole ipe flectu ipe ad vtrūq; oppositū /
nec ꝑp̃ ipe m̃ creatā est nobilioꝝ vel libiū libeꝝ arbi / q̃ posse flectu no dt
nobilioꝝ modo / nec posse velle q̃ntūq; vult / et no posse cōpelli ipe est
ꝓtās / sed posse ad ipe flectu nec ad illud est defectibilitās seu infirmitas /
quod et m̃ angelis et m̃ hīs / et m̃ demonib; est ꝑ nāz / sed q̃ ad oppositū
flectu no pnt / ipe ē supraddita naē / m̃ bonis ꝑ donū glie / m̃ malis ꝑ
arbitriū obstinatōnis qualit̃ m̃ deo ꝯcipit̃ liberū arbitriū
Sed aliter. accipitur m̃ cātoē liberū ar
bitriū ēē m̃ creaturis / dica̅ etiam liberū
arbitriū dei / eius sapientissa et oipⁿ
voluntis / que no nēcitate ēē libā sem̃
omnia fiant prout vult. sicut ieronimus
attendens non ita esse liberū arbitriū deo

sicut in creaturis ab ipso videtur excludere liberum arbitrium in omelia quadam de filio prodigo dicens, Solus deus est in quem peccatum non cadit nec cadere potest. Cetera cum sint liberi arbitrii in utraque parte flecti possunt, dum autem cetera indicat liberum arbitrium sicut est in ceteris non esse in deo.

Hic ostendit quod in angelis et sanctis sit liberum arbitrium. Et vult istam conclusionem quod licet angeli et sancti non possunt velle malum, tamen in eis est liberum arbitrium. Et hanc probat per Augustinum li. 22 de civitate dei. Respondendum dicit Petrus de Tarentasio quod libertas est triplex. Prima est a necessitate cogente, secunda a culpa inclinante, tertia a miseria affligente, et hec est in beatis. Et ideo dicit Augustinus primo li. de li. ar. quod non nisi beatorum et legi eterne adherentium est vera libertas. Unde etiam electio est beatorum licet non illorum qui ad finem ducunt sed illorum qui cum fine vivunt, et eadem est virtus que ad finem ducit et que cum fine vivit. Dubitatur an li. ar. sit equaliter in omnibus. Durandus dicit quod non ratio illud est liberius quod in actu suo non potest impediri seu difficultatem pati quam illud quod potest impediri et difficultatem pati. Sed deus a nullo potest impediri et ergo videtur quod liberior sit in arbitrio. Et angeli et sancti qui iam cum deo beati sunt habent liberum arbitrium.

Angeli vero et sancti qui iam cum domino feliciter vivunt atque gratia beatitudinis confirmati sunt, ut ad malum flecti nec velint nec possint, libero arbitrio non carent. Unde Augustinus in li. xxii de civitate dei ait: Sicut prima immortalitas fuit quam peccando adam perdidit posse non mori, ita primum liberum arbitrium posse non peccare.

Libertas malorum est velle peccare. Sed libertas in paradiso fuit posse non peccare nec posse turbari.

novissimum non posse peccare

Hic sp̄a ponit diversitatem inter libertatem arbitrii beatorum et nostrum. Et vult hanc conclusionem: In beatis est aliter liberum arbitrium quam in nobis. Quia in beatis arbitrium est omnino liberum a servitute peccati, sed non sic in nobis. Et ad hoc inducit Augustinus in Enchiridion. Qui inter cetera vult quod in nobis primo fuit libertas arbitrii in qua poterat homo peccare et non peccare, sed in statu ultimo beatitudinis nostre erit libertas in qua homo non poterit peccare. Sed in medio statu est libertas in qua homo potest peccare et in quo non potest non peccare.

Idem in Enchiridion: Sic oportebat prius hominem fieri ut bene velle posset, et male, postea vero sic erit ut male velle non possit, nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato, neque autem voluntas non est, aut libera dicenda non est, quia beati sic esse volumus ut esse miseri non solum nolumus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sic ergo anima nostra etiam nunc habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo servandus fuit quo deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale quod etiam peccare possit, quamvis

sit melius quod peccare non possit. Ecce hiis
verbis evidenter astruitur quod post beatitudinis
confirmacionem erit in homine liberum arbitrium
quo peccare non poterit et nec in angelis
et in sanctis qui cum deo sunt et tanto
utique liberius quanto a peccato immunius et ad
bonum promptius. Quo enim quisque ab illa
peccati servitute de qua scriptum est. Qui facit
peccatum servus est peccati longius absistit tanto
in eligendo bonum liberius habet iudicium
unde si diligenter inspiciatur liberum
videtur dici arbitrium quia sine coaccione violencie
et necessitate valet appetere vel eligere
quod ex racione decreverit eligendum vel appetendum

Hic infert ex dictis istud correlarium quod in homine in diversis statibus diversimode reperitur liberum arbitrium. Patet quia maior fuit libertas prima hominis in statu innocencie quam secunda que est in statu peccati. Et maior erit tercia libertas in statu beatitudinis quam prima et secunda. Et hoc declarat ut supra. Quia in primo statu potuit peccare et non peccare etc. Notat pe. d. i. Quod li. ar. dupliciter dicitur. Primo quia est ab aliquo liberatum et ut dicitur tripliciter. Secundo Bernar. in li. de gratia et li. ar. Primo quia liberatum a necessitate cogente et ut equaliter est in omnibus in deo et in angelis et in hominibus quia hoc est nature. Alio modo quia liberatum a culpa inclinante. Tercio quia a miseria affligente sic non est equaliter in omnibus quia hoc non est nature sed gratie et glorie et augetur et minuitur et perditur et acquiritur. Secundum quod illa disponencia potest perdi vel acquiri. Alio modo dicitur li. ar. quia est ad aliquid liberum. Et tripliciter vel in volendo vel in eligendo vel in delectando. Secundum quod libertas est triplex scilicet arbitrii consilii

et ingratitudo ē ecclesie/ nulla est ecclesie/ ny omnibꝫ/ qr ē malus/ qz nō/ qr ē bonus dicit
ꝓtinus/ qz non/ quia est ffictinus/ cui enī quis pt arbitrari/ quid vtile nō
sit est nulle/ sed q ab pte eligē incipiꝫ/ qz bono ḡtu est ffm̄ diligente/ cui aut
electio hui⁹ applaceat/ sit est ista ffructuosa bona de libtate arbitry dicta z
diffusa tpa ic⁹

Ex predictis ꝑspicuū sit. qz maior fuit/
libertas arbitry ꝓma/ tꝫ secunda/ et tertia/
multo maior qꝫ ꝓma. vel scā/ ꝓma cui
libertas arbitry fuit in q̄ potāt peccare/
et nō peccare/ vltia vō erit in q̄ potāt/
non peccare/ et nō potāt peccare/ media
vero est in qua pt peccare/ et nō pt nō/
peccare/ ante reparaz̄ etiaz mortaliter/ qz
reparaz̄ vero saltem venialiter.

Cauꝫ tꝫ in quo dicit libertꝫ arbitry tꝫ ꝙr status hoīs tꝫ status eius
sint ante primū in paradyso/ et tūc malū impediebat hoīem a bono nec
impellebat ad malū/ in quo statu ꝑme difficulter pt peccare, indicte
ante reparaz̄/ licet ordinē status hominis est qz primū/ licet ꝑdictus iste in statu
nō pt ipse nō peccare/ etiaz mortaliter/ cuius in isto statu ipse primus a gra
ꝑfectus et confirmatus/ et nō innatus per gratiaz/ tꝫ est status hoīs qz primi
et qz reparaz̄ p gratiaz. et ante cōfirmatiꝫ in bono/ in quo ipse posset non
peccare mortaliter/ sed nō ipse posse omne nō peccare/ sz venialiter. cuius
ḡtus in isto statu ipse primus a culpa/ et ipse confirmatus/ inclinabat ad
malū/ sz tūc ipse gratia innatus z primus motus/ qz status hoīs et post
cōfirmatiꝫ/ et tūc nō potāt vinci a malo, nec ad malū inclinari/
et tūc nec potāt peccare de q̄tuor statibus liberi arbitry

Et pnt notari in homīe quatuor/
status liberi arbitry/ ante ꝑcm eius

distinctio

ad bonum nil impediebat ad malum nil impel
lebat non habuit infirmitatem ad malum et
habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore
ratio iudicare et voluntas sine difficultate bo
num appetere poterat. Post peccatum vero ante re
parationem gratie premitur a concupiscentia et vi
citur et habet infirmitatem in malo sed non
habet gratiam in bono. Et ideo potest peccare et
non potest non peccare etiam dampnabiliter. Post
reparationem vero ante confirmationem pre
mitur a concupiscentia sed non vincitur et habet
quidem infirmitatem in malo sed gratiam in bono
ut possit peccare propter libertatem et infir
mitatem et possit non peccare ad mortem
propter libertatem et gratiam adiuvantem. Nondum
tamen habet posse omnino non peccare vel non
posse peccare propter infirmitatem nondum
perfectam absorptam et propter gratiam non
dum perfectam consumatam. Post confirmationem

infirmitate penitus consumpta et gratia con
sumata nec vinci potest nec premi et tunc
habebit non posse peccare

Hic ex dictis infert unum corollarium quod per peccatum corruptum est liberum arbitrium in parte sic quod libertas arbitrii est depressior quam prius erat. Quia per peccatum homo est vulneratus in naturalibus et spoliatus gratuitis iuxta parabolam Christi Luce x. Quamvis etiam naturalia data homini a deo possint dici gratuita et dona gratie capiendo gratiam large pro omni dono gratis dato. Et hoc dictum suum magister confirmat per Augustinum in Enchiridion. Dubitatur que et quot sint vulnera nature quibus vulnerata est per peccatum. Secundum quod Beda vult in Omelia predicta vulnera nature quibus vulnerata est per peccatum tot sunt quot anime vires. Sunt autem quatuor potentie anime. Prima ratio in qua est prudentia. Secunda voluntas in qua est iustitia. Tertia irascibilis in qua est fortitudo. Quarta concupiscibilis in qua est temperantia. Et secundum illa in quantum ratio destituitur a suo ordine ad verum quem habuisset in statu innocentie dicitur vulnus ignorantie sine labore cognovisset verum. In quantum voluntas destituitur a bono dicitur vulnus malitie. In quantum irascibilis ab arduo dicitur vulnus infirmitatis. In quantum concupiscibilis a delectabili moderato per rectam rationem dicitur vulnus concupiscentie. Et quia per peccatum quelibet potentia diminuitur ad rectum iudicium quia actus ad aliud inclinat. Sic dicuntur quatuor vulnera scilicet ignorantia malitia infirmitas et concupiscentia. Contra ista potest instari quod plura sunt vulnera peccati sicut mors frigus esuries et illa non comprehenduntur sub aliquibus istorum quatuor. Respondet quod illa vulnera quatuor enumerantur quo ad animam et potentias eius. Et quia corpus secundum originalem iustitiam rationi obedivisset igitur defectus corporales secuntur consecutive vulnera anime que sunt principalia vulnera de corruptione liberi arbitrii per peccatum

Unde manifestum est quod preter alias pe
nalitates pro peccato illo incurrit homo penam
in corruptione et depressione liberi arbi
trii. Per illud namque peccatum naturalia
bona in homine corrupta sunt et gra
tuita detracta. Hic est enim ille qui a la

trombus est vulneratus. et spoliatus vulneratus
quidem in naturalibus bonis quibus non est privatus
alioquin non posset fieri reparacio. Spoliatus vero
gratuitis que per gratiam naturalibus addita
fuerant. hec sunt data optima et dona per
fecta. quorum alia sunt corrupta per peccatum. i. natu-
ralia ut ingenium memoria et intellectus alia
subtracta i. gratuita. Quamquam et naturalia
ex gratia sint. ad generalem quippe gratiam dei per-
tinent. Sepe tamen huiusmodi fit distinctio. Cum
gratie vocabulum ad speciem non ad genus
refertur. Corrupta est ergo libertas
arbitrii per peccatum. et ex parte perdita. Unde Augustinus
in Enchiridion libero arbitrio male utens homo
et se perdidit et ipsum. Cum enim libero
arbitrio peccaret victore peccato amissum est et
liberum arbitrium. A quo enim quis devictus
est huic servus addictus est. Ecce liberum
arbitrium dicit hominem amisisse. non

quia post peccatum non habuit liberum arbitrium

sed quia libertatem arbitrii perdidit. Non quidem

omnem sed libertatem a miseria et peccato;

Capitulum quartum in quo per maiorem declarationem precedentis conclusionis distinguit triplicem libertatem. Quedam est libertas soluta a necessitate et coactione. Secunda est libertas que est quedam immunitas a peccato. Tertia est libertas a miseria. Libertas prima maxime convenit deo et illa semper manet quamvis eam suo modo homo habuit ante peccatum et nunc habet eam boni et mali quia voluntas cogi non potest. Sed dicendum ex quo sunt quatuor status hominum ut capitulo precedenti dictum est. Cur etiam non est quadruplex libertas. Dicit b. t. quod libertas non distinguitur iuxta diversitatem statuum et ratio est quia una et eadem libertas in diversis statibus invenitur sicut libertas a necessitate coactionis in omnibus statibus invenitur. Libertas a peccato statibus tribus est communis scilicet statui innocentie statui primo post reparationem gratie et statui glorie. Et libertas a miseria duobus statibus est communis scilicet innocentie et glorie. Sed dicitur secundum ea que privant libertatem eo quod libertas in sua ratione includit negationem. Omnis autem privatio secundum ea que privantur habet distingui. Et quia duplex est coactio ut dictum est videlicet sufficiens et insufficiens. Si ergo consideratur libertas que removet illibertatem simpliciter dictam et sufficientem sic dicitur libertas a coactione id est a necessitate que per peccatum privari non potest. Si autem removetur coactio insufficiens que impulsio dicitur hoc dupliciter quia hoc quod impellit aut impellit per se sicut habitus in anima vel dispositiones sicut est libertas a culpa vel per accidens sicut impotentie et penalitates que sunt ex parte corporis sicut est a miseria. De tribus modis libertatis arbitrii

11 Est namque libertas triplex scilicet a necessitate a peccato a miseria a necessitate et ante peccatum et post eque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat ita nec modo. Deoque voluntas merito apud deum iudicatur que semper a necessitate libera est et numquam cogi potest ubi est

coactionis

necessitas ibi non est libertas, Et ubi non est
libertas nec voluntas, et ideo nec meritum, hec
coactione
libertas in omnibus est tam in malis quam in bonis.

Hic magister prosequitur intentum suum de 2a libertate et vult, quod libertas a peccato est illa de qua loquitur apostolus 2a ad Corinthios 3o dicens, ubi spiritus domini ibi libertas. Et de qua Christus in evangelio loquens dicit, Si filius vos liberaverit vere liberi eritis. Et hec vera libertas solum quoniam hiis qui liberati sunt per gratiam. Et isti sunt servi iustitie per dominum apostolum ad Romanos vi. Et hec libertas amitti potest, quia perdita fuit per peccatum. Quod est quod dicit Bernardus, quare etiam non potest libertas a iustitia sicut libertas a culpa, ex quo iustitia que est rectitudo in ratione existens liberat a malo et impedit illud sicut libertas a peccato que est rectitudo in voluntate existens inducit ad bonum. Et iudicet quod tendere in bonum est ipsius voluntatis proprium et naturale, et ideo repulsio illius quod voluntatem ab hoc bono impedit. Sicut libertas dicitur vel libertas a peccato, sed tendere in malum non est proprium voluntatis sed per accidens, et 2m quid ex quo procedit ex aliquo defectu et ideo illud quod a malo retrahit sicut iustitia non dicitur libertas nisi 2m quid et propter similitudinem ipsius ad primam que posita est in opponendo. De libertate a peccato

Est et alia libertas a peccato scilicet de qua
2a ad Corinthios 3 prope finem
dicit apostolus ubi spiritus domini ibi libertas. Et
Iohannis viii
veritas in evangelio. Si filius vos liberaverit
vere liberi eritis. Hec libertas a servitute
peccati liberat, et servos iustitie facit. Sicut
e converso servitus peccati liberos iustitie facit.
Unde apostolus liberati a peccato servi facti estis
iustitie. Et item cum servi essetis peccati li-
beri servistis iustitie. Hanc libertatem
homo peccando amisit. Ideo Augustinus dicit
quod homo male utens libero arbitrio et se

pdidit et ipm quia pdita est ppt pccm liber-
tas non a necitate sed a pcco. Qui enim facit
pccm servus est peccati

Hic magr addit unum de 2a libertate. Et vult quod illi qui habent istam libertatem a pcco quamvis sint ita liberi quod non dnentur eis pccm 2c non sunt servi non tamen habent istam libertatem s. a pcco et per quid etc. Augs in Enchiridion. Qui

Istam libertatem que est a pcco illi soli nc
habent quos filius per gratiam liberat et reparat
non ita quod penitus sint sine pcco in hac
mortali carne sed ut pccm in eis non dne-
tur neque regnet. Et hec est vera et bona
libertas que bonam parit servitutem scilicet
iustitie. Unde Augs in Enchir. Ad iusticiam
faciendam non erit aliquis liber nisi a pcco
liberatus esse iusticie cepit servus. Et
ipa est vera libertas propter recti facti le-
ticiam. Sil et pia servitus ppt precepti obedientiam

Hic magr addit de alia libertate ad malum. Et vult quod quedam est libertas non vera male servituti adiuncta que est quasi effrenata ad male agendum et hec est peccatorum. Et talis dicitur liber quia sponte et libere facit voluntatem dni sui dyaboli. De libertate ad malum

Est alia libertas non vera male ser-
vituti adiuncta que est ad malum faciendum

. ſm di'ſit

ſm ſcdm ſcm

Ubi rō aſſentit a voluntate/ubi dicit nō ee faciendū quod voluntas appetit/ad bonū nō ſequit. concordat rō voluntati/et ideo ubi libertas eſt/et pria/ de libertate autē ad malū et

ſm ſcm

ſm ſcm

ſm ſcm

ideo dicitur non esse vera libertas quia ad malum
alia ratio l' opo
est. Alijs autem videtur quod libertas ad malum quam
hec verior est et magis sustinenda
supra commemorauit Augustinus non sit libertas
h verior et magis tenenda
pronitas
arbitrij sed sit quedam pronitas peccandi et curui
culpe
tas que ex peccato est et mala est

Capitulum sextum in quo queritur de simili questione utrum libertas ad bonum sit libertas arbitrij. Et circa hanc etiam recitat duas opiniones. Aliqui dicunt quod est libertas arbitrij per gratiam reparata. Et ad hoc inducunt dictum Augustini in Enchiridion. Sed alij dicunt quod sit quedam alia libertas que ex gratia et libero arbitrio incipit esse in mente hominis cum a deo reparatur. Questio alia de libertate ad bonum an et ipsa sit libertas arbitrij vel non

Similiter etiam queri solet utrum illa liber c6
tas vera que est ad iusticiam faciendam sit
ipsa libertas arbitrij. Quidam dicunt illam
sicut nunc per hoc tenetur et quiescentur
baptismi
gratia
eandem esse sed per gratiam reparatam qua iuuan
te libera est ad bonum sine gratia vero non est
libera ad bonum. Unde Augustinus in Enchiridion. Ista
libertas ad benefaciendum unde erit homini
s. peccato
sub peccato
ca 30
addicto et vendito nisi eum redimat ille
sub peccato
Johannis viij
qui dicit. Si filius vos liberauerit vere liberi
redemptio vel libertas
eritis. Quod antequam fieri in homine incipiat
redimi vel liberari

quō quisq; de libō ar· gliatur cum nodū
est liber adoptandū bene / Ctr apte ondit li
bꝛm arbitriū per grām liberi· ut p illud
bene opetur eqūtr· sdm̄ dicit illam liber
tatem veram; que est ad benefaciēd (tm
sup̄ memit· Augs; esse libertatē ipsi arbitrij
grā dei liberati et adiutū· aly nō putāt
nō esse ipsi arbitrio libertatē suam; sed alia
quadam; que ex grā et libō arbitrō ꝯmte
homīe deo opante maneat esse cū ꝑfect.

Qcā sept̄m m quo magr̄ ponit ꝓpr̄ sma; tra ambos qōes / et ult
ma tm libertas ad bonū ē ad malū ꝑt ipsi liberū ctr· ē dns sma
/ qua sme grā est prima ad malū / et tm admixtō gre ē prima ad
bonū / et ō ē mansit ꝛ dom augt· ma sp m nobis est valitas libi
sed nō semp est bona / nōn est / q de libō ar· dupl̄ est loquendū
uno ꝛ nomē pprē ꝙ nr̄i et m̄ cātoꝝ et m̄ caturā / ꝛ obligi omīs
bonū et eqlī aliud nō nō est obligi omīs nisi tm eqūtr dicit tō obligi
esse ꝙ liberū debitū fugit et detestat illud / sed ꝙ magis / ꝙ illud ꝓpr
obligi dr ꝙ liberū debitū intendit et efficat ꝓpr actū liberū ē augt loq
de li ar· ꝙ nr̄i m̄ cātoꝝ et dupl̄ aut magis liberū aut magis
defectū hoc malū ē ꝙd m actū exercitū susceptū seu exercitū
hoc magis defectū ꝙ est liberū ꝙd i actu debitū ꝛ i actu defor
mitatis et malū / ad quo ꝑ q pl̄ nr̄i repugnat bonū sed ꝙ ad libertā
te ꝛ defectū / hoc omīs nr̄i malū / ꝛ scripd sufficiēter tenditur i bonū
sed nō nisi scripd defectū tenditur i malū nō oz adḡ aut i malū
exercitū / aliquid intrinsecū / ꝙ ad se ꝓpr defectū / ꝛ oratio scripd ꝑ li
ar· tra includit / ꝛ inutilitē a doctore sic obiiciebat liberū est obligi
bonū est / ꝛ dicitur quodlibet quare tm magis ē m̄ cātoꝝ / sed i cātus
magis ꝛ ḡ vanabilitas ad ēqlitas ē ultra attendē ꝛ ꝑ sup̄ cātus

ronalis quo salus deus superos est et qbz ille mundi sub deo e et qbz papa
tis et dominis suarz operacionz zo facultez ptatis sic affirmade nisi et nisi qz
dz nr qz libtas arbitrij no sit bo est qm dns scdm dz li. do li. ca. pot tlez
dicij libtas arbitrij sed seu accepta alia z ipius rectus accepta ad actus
ca ipius alia tz inseparabilis alia separabilis d actus alia cans inseparabilis
alia separabilis dr qua dmstoe faltat qz arg li no e sit bonus luc sit pt
libtas ad vtrum nos qz voluntas in nob semp libz est a coactoe vta qz qnt
li no pt est aut voluntas cogi ad qnlz quide actu volt deliberate ma
ture alienas vtutes mouere et reprimere vana voluntates statuere ad aliquid
volendu medias ad qz aut fuere nr dz sit qz qnlz libertas manet cogi ad
traditoz includit pt quid dz libertas auferre et illa ablata sit coactoz
induce pt coactoz voluntas mutare qd sit quide apd romu volentes vtutes po
tuit affectu imittere ei ad qnd pt qz de volente fit nolens et d amatze
tpalnd fit corp stupiton et qz titio flua qz vno ab ea separat ou mgebat p
amoris gladiu sed no e coactu unde nr dz obedientialis violentabilis
nat sed potius libtas pt qnia quicqd violenta fit licet dz indebitus violentus
appellat sed hoc pene ignoralis nonalis qz ad vim oppositoz detinata violentia
fiunt et qnto quo ad actu qtiores li dz cogi pt eius ab appellu ut corti
videlo gemma flectatur ut gnus marbz tigna altaribz ponat hoc qz ad
actu intiorez sit qz ad velle cogi vel affectu nullo vm sed nr p bladus
gnitoes nr p timbales cogitet gmatoes petrault a nstra pmutat
vnitas li dz media pt p signi media et valde efficaca se exp coactz quid
inducto no repugnat libtas sed potius pleriusq amoris et volt qz nulla
est plene volt qz quide sic quid ut abpte unde et tal metz no opus
vouisti astronis qua dra libtas ad bonu et ad malum esse libertas arbitry

Utrū nobis magis placet ut ipa libertas arbitry sit et illa qua quis libertas ad malū/ et illa qua quis libertas ad bonū/ facieb/ ex talib em varie sortat diuisa vocabla dica em libertas ad malū sa tiendi antecessit p gram sit repata sed cū per gram fuit repata dicta libertas ad

bonum faciendum, quia ante gratiam libera est voluntas
ad malum, per gratiam vero fit libera ad bonum
Semper igitur voluntas hominis aliquo libera
est sed non semper bona est, non enim est bona
nisi a peccato liberata. Est tamen a necessitate libera,
unde Aug. in li. de gratia et li. ar. Semper in no
bis voluntas libera est, sed non semper bona est
Aut enim libera est iustitie quando servit peccato et
tunc est mala, aut a peccato libera est quando servit
iustitie et tunc est bona

Capitulum octavum in quo prosequitur tertium membrum libertatis supra positum, que est libertas a miseria, de qua dicit Apostolus ad Ro. viii. Creatura liberabitur a servitute corruptionis etc. Et tamen libertatem habuit homo in statu innocentie. Et plenius habebit in statu glorie. Sed in isto statu medio ipsam habere non potest. De libertate a miseria

Est iterum libertas a miseria de qua
dicit Apostolus et ipsa creatura liberabitur a servitu
te corruptionis in libertatem glorie filiorum
dei. Hanc libertatem homo ante peccatum
habuit, quia omni carebat miseria,
et nulla tangebat molestia, et plenius
habebit in futura beatitudine ubi miser

esse nō potuit, Sed in hac uita que est inter primum
peccatum et ultimam confirmationem nemo a miseria
liber ē. quia pena peccati nō caret,

Capitulum ix in quo ex dictis infert duas conclusiones supra declaratas, prima quod liberum arbitrium in homine per peccatum ē diminutum et corruptum, patet quia ante peccatum homo nullam habuit difficultatem ad bonum et nullum impellens ad malum, sicut post peccatum. Repetit de corruptione liberi arbitrii ut addat alia

Ex predictis iam apparet, in quo per
peccatum sit diminutum vel corruptum liberum
arbitrium. Quia ante peccatum nulla erat homini
difficultas nullumque impedimentum de lege
membrorum ad bonum, nulla impulsio vel
instigatio ad malum. Nunc autem per legem
carnis ad bonum impeditur et ad malum
instigatur, ut non possit velle et perficere
bonum nisi per gratiam liberetur et adiuuetur.
Quia ut ait apostolus peccatum habitat in carne

Hic infert 2am conclusionem istam, quod liberum arbitrium non est equaliter liberum in bonis et in malis et ad bona et ad mala, patet quia in illis est liberius ubi liberatum est quam in illis ubi liberatum non est, sed in bonis liberatum est, et non in malis nisi ad mala ad que potest se solo, sed non ad bona nisi mediante gratia dei. Quod non est pariter liberum arbitrium in bonis et in malis et ad bona et ad mala

Liberum ergo arbitrium cum semper et
in singulis sit liberum, non est tamen pariter

liberū in bonis et malis et ad bona et ad
mala liberius ꝫ eni in bonis ubi liberatū
est q̄ in malis ubi liberatū nō est et li
berius ad malū quod ꝑse pt q̄ ad bonū
quod nisi grā liberet et adiuuet nō pt

Cap. xi in quo finaliter ondit unde sit unaqueq libertas et vult istam
conclusionem q libertas a culpa et a miseria est ꝑ grām sed libertas a necessitate
vel coactione est ꝑ nāz et hanc probat ꝑ aplm ad Ro. vii ubi inquit velle
michi adiacet ꝑficere autē bonū nō inuenio Cap. d. habeo libertatē nāle
seu nature sed nō possum libere in bonū nisi ꝑ grām de libertate que sit
ex grā et que ex natura

c 10 Libertas ergo a pcto et a miseria ꝑ grām
est libertas vero a necessitate ꝑ naturam utrā
q libertatē nature scz et grē nōt aplus
Cū ex persona hominis nō redempti ait velle
adiacet michi ꝑficere nō inuenio ac si diceret
habeo libertatē nature sed nō habeo liber
tatē grē et ideo nō est apud me ꝑfectio
boni nam voluntas hominis quam naturaliter
habet nō valet erigi ad bonū efficaciter
volendū vel opē implendū nisi ꝑ grām libe
tur et adiuuet libere quidem ut velit et adiuuet ut ꝑ
ficiat

Declarat eandem conclusionem per apostolum ad Ro. ix. ubi inquit Non est volentis neque currentis sed dei miserentis. Quam auctoritatem magister exponit in littera, ut patet. Quod dubitatur utrum liberum arbitrium omni gratia destitutum possit alicui temptationi resistere. Aliqui dixerunt quod potest omni temptationi resistere propria virtute, quia alias non imputaretur ei ad peccatum. Ro. v. dicit quod falsa est illa opinio, et contra sacram scripturam. Nemo enim potest resistere temptationi nisi per virtutem oppositam, ut luxurie per continentiam, infidelitati per fidem. Continentia autem et fides et talia sunt dona divine gratie, et ergo opinio Pelagii videtur esse erronea, et hoc decepit eum, quia non posuit differentiam inter dona naturalia et gratuita.

ad Ro. ix

Quia ut ait apostolus non est volentis velle (s. efficaciter)
neque currentis currere i. operari sed miserentis
dei qui operatur in nobis velle et operari
bonum. Cuius gratiam non advocat hominis
voluntas vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem
prevenit preparando, ut velit bonum, et preparatam
adiuvat ut perficiat

Utrum omnibus rationalibus naturis equaliter conveniat liberum arbitrium voluntatis

